

placem extrahentem memorat, unam compositi de potentia obiectiva, alteram formæ de potentia subjectivæ materiæ his verbis; secunda extrahit id secundum quod agens de potentia materiæ præexistens, & quæ in fine generationis est pars compositi, educit formam, quæ est altera pars compositi, quæ prius non fuit in actu, nec in re extra sicut materia &c. Et 9. Met. q. 1. §. ad oppositum ait, cum omnis materia recipiat formam suam, sequeretur quod eodem modo se haberet materia æris ad formam ignis, & corpus organicum ad animam intellectivam, ær autem ad lumen, & est sic nihil didu, quod quedam formæ educuntur de potentia materiæ sive passivæ, quedam non, & vanum esse quæret, quæ sint, & quæ non, quæ sunt contra dicta communia, & contra Philosophum, secundum quem, ut videtur, intellectus est ab extra; ita Scotus, quibus aperte facitur hæc distinctio esse peripateticam, & de mente Philosophi 2. de gener. animal. cap. 3. ubi ait animam intellectivam esse formam, & rursus quod 2. ab initio tertius refert articulos damnatos in Universitate Parisiensi, quorum tertius est, quod forma non recipitur divisionem, nisi secundum divisionem, materia, error, nisi intelligatur de formis educitis de potentia materiæ, & statim subdit doctor, ergo de formis non educitis de potentia materiæ hoc dicere est error, & per hæc formam immaterialem non educitam de potentia materiæ intelligit animam intellectivam, de qua ibi loquitur, ut patet ex verbis sequentibus; jam ergo doctor agnoscit animam rationalem esse formam immaterialem, & non educitam de potentia materiæ, hocque discrimen agnoscit tota Universitas Parisiensis; non ergo hoc est inventum Modernorum, neque alienum à mente Philosophi, quam non intellexisse totam Sorbonicam Scholam temerarium esset asserere.

Sed volens experiri, nunctiam Ferchius ipse aliquando admiserit, & approbit hæc discrimen inter animam intellectivam, & cæteras formas, quod hæc sint educitæ de potentia materiæ, non illa, accipit librum suum Vestigationum, in dem lego verbo forma, & notatum reperio vestig. 6. n. 113. forma educita, non educita locum citatum quæro, & video ex Ragufeo asseri repulsionem ad 1. argumentum Alexandri his verbis Ragufus disp. 21. cap. 11. majorem negat de forma extrinsecus accidentis, quæ non educitur de potentia materiæ; negat minorem de forma educita, nam anima, quæ est intellectus, sola extrinsecus accedit auctore Arist. 2. de gener. animal. cap. 3. quam responsum, & doctrinam in ea contentam approbat Ferchius, dum ipsam non rejicit, imò in indice reperit notabilium reponit; ergo discrimen illud inter animam rationalem, & cæteras formas ad id exploratum est, ac familiare apud meliores Peripateticos, ut Ferchius ipse aliquando illud approbaverit. Quod verò ait inter omnes formas solam animam intellectivam eandem esse de potentia materiæ, præterquam quod est proprium matæ formæ, nullum profus habet fundamentum præter Ferchii voluntatem terminis per vertere volentis, ut inter omnes singularis apparatus, sicut postea constabit.

254. Quarta quoque solutio, vel inflantia est prolixus voluntaria, nam discrimen illud inter animam intellectivam, & cæteras formas, quod hæc sint materiales, id est prolixus materia pendentes in suo esse, fieri, & conservari, anima verò immaterialis, quia non ita pendens; approbat passim à Philosophis, & Theologis, idoque Pererius supra relatus n. 152. dicebat, apud Christianos Philosophos, & Theologos aliud esse aliud esse formam materiæ, & aliud esse formam omnino materialem, illa enim vocatur forma materialis, quæ est educita de potentia materiæ, & estque immateria, ac ab ea inseparabilis, quocirca infert, animam rationalem posse quidem dici materiam, non tamen formam materialem; Et hæc eandem rationem vocat formam immaterialem, quia non est educita de potentia materiæ, alias verbò materiales quia sunt educitæ, sic etiam loquitur 4. d. 1. q. 1. H. & seq. ubi formas materiales vocat, quæ ratione dependunt à materia in fieri, & in essendo, animam verò rationalem ab eorum numero excludit, quia non ita dependet; sic etiam loquitur 3. Metaph. qu. 1. ad argumenta, cum dicit accidens esse generabile, & corruptibile, non quidem tanquam compositum, sed sicut generabile, & corruptibile, dicitur omnis forma substantialis materialis. Imò id magis expressè docet quod 9. per totum, unde Ferchius intendit de mente doctoris deducere oppositum, ait enim lit. B. hinc etiam patet, quare anima separata non est persona, licet enim non sit nata in hære, & id est sit ens per se secundo modo prædicto, licet etiam possit esse ens per se primo modo, id est solitarie, non tamen per virtutem causæ extrinsecus, sicut potest accidens, vel forma materialis, sed virtute naturæ suæ, sicut delectæ, & hoc quia non necessarium dependet à materia in proprio suo esse, & c. quibus verbis omnem formam à materia dependentem in esse vocat materialem, de quorum numero excludit animam intellectivam, quia non dependet à materia, & consequenter apud ipsum dici non debet animam formam materialis, sed immaterialis. Deinde sub lit. C. ostendens tertiam rationem non concludere, quæ adducebat ad probandum, Angelum materiam informare non posse, ait rationem illam non probare, quia non id est quod forma aliqua à materia recedat, sive sit immaterialis, repugnat ei esse in materia, seu informare materiam, quia licet anima intellectiva ita recedat à materia, tamen ita perfecte potest uniri materiæ, sicut aliqua forma inferior, quia licet dependere à materia sit imperfectior, ut patet in cæteris formis inferioribus, non tamen est evidens, quod possit communicare actualitatem suam materiæ sit imperfectioris, & præ-

cipue, quando talis communicatio potest esse sine dependentia, unde doctor formas inferiores materiæ communicat cum dependentia in esse, vocat materiales, vel materiam concernentes, alias verò non sic communicatas cum dependentia, vocat immateriales, ac à materia recedentes, qualis est anima, ut ibi Gadus explicat; Idem, quod anima rationalis non sit forma materialis, alia verò utique docet quod 7. lit. P.

255. Rursus sub lit. K. postquam dixit animam corrupto toto adhuc in suo esse remanere subdit, alia autem sunt materiales non materiam in suo esse corrupto toto, unde per materialitatem distinguit cæteras formas inferiores ordinis ab anima rationali. Et denique li. H. differet declaratur, cur debet anima dici forma immaterialis, & in quo sensu dici possit materiam, etenim docens, quales immaterialitates possit legitime concludi ex immaterialitate operationum animæ, inquit, ex hoc ergo modo, scilicet ex operatione potest concludi ipsam animam esse immaterialitatem, hoc est, à materia in essendo separabilis, non autem illa immaterialitas ulterior, quæ est impossibilitas informandi materiam, quibus verbis significat, ut Gadus adnotavit, in duplici sensu posse animam dici immaterialem, primo quia est separabilis à materia, quatenus non dependet ab ea, et cæteras formæ inferiores, & materiales, ut supra dixerat, & in hoc sensu concedit esse immaterialem, imò talem dici debere ad differentiationem aliarum formarum inferiorum, quæ dicuntur materiales; secundum dici possit immaterialis, quia non possit esse perfectio materiæ, nec informare materiam, quo sensu Intelligentia dicuntur formæ abstractæ, ac immateriales, & sic negat doctor animam dici posse immaterialem in hoc sensu ait dici posse, ac debere materialem, quia potest informare materiam, ac esse perfectio materiæ; ergo titulus immaterialitatis, nedum ab Aquinate, sed etiam à Dunsco animæ rationali tribuitur, ut à cæteris formis inferioribus discriminetur, quæ dicuntur formæ materiales.

Deinde Ragufus disp. 16. de formatum origine hæc eandem doctrinam asserit, ut in Peripato communi calculo receptam, ut de cap. 2. pro intelligentia quæstionibus nonnullas præmittit observationes ab omnibus concessas, & præsertim tertio observat formas informatas duplices esse, alias omnino materiales, alias partim materiales, partim immateriales, prioris generis sunt omnes illæ formæ, quæ in esse, & conservari, ut ajunt, à materia pendunt, quæque quibus materia consistere nullo modo queunt, posterioris generis sunt formæ illæ, quæ in materia quidem producuntur, tamen in esse, & conservari à materia non pendunt, imò abque materia aliquando consistere possunt, & ejusmodi formæ sunt animæ rationis participes, quæ in humanis quidem corporibus producuntur, non tamen organorum, ut illius affectionis vi, propterea à corporibus non pendunt, sed ab eisdem solute per se ipsas consistere possunt. Sed eandem quoque distinctionem formarum materialium, ac immaterialium, hoc est, à materia dependentium, vel non dependentium, tradidit etiam aliquando Ferchius ipse, nam vestig. 1. n. 44. pag. 38. quærens, cur plerumque subjectum in facione formæ de nihilo fiti requiritur, si enim omnes ex nihilo sunt, ut opinatur ipse, in nullius formæ facione videtur necessarium subjectum. Respondet hæc necessitatem provenire ex ratione facti, non ex ratione affectionis, quod etenim res facta est nata esse in subjecto à quoque vel quomodoque tandem producat in subjecto erit, veluti calor, sive à Sole æquivoce productus, sive à calore univoce, sive naturaliter in aere, sive violenter in aqua, semper in subjecto producitur, quia ratio ejus talis est, ut subjecto in hære aptum fit; quando autem res facta est nata per se existere, & non in subjecto, tunc producus quamvis facione producat, facit rem non in subjecto, hæc planè formarum distinctio, quæ hic traditur à Ferchio, de nativitate, & in hæreere subjecto, & de aptis per se existere, ac independenter ab eis, coincidit omnino cum distinctione communiter tradita de formis materialibus, & immaterialibus, nam per materiales intelligunt formæ prioris generis, & per immateriales formæ generis posterioris, ut patet ex eorum explanatione.

256. Quinta inflantia, vel potius censura, quod declaratio materialitatis formæ per hoc quod sit immateria, & alligata materiæ, sit Thomistica phrasæ, non Scotica, & sit à disputatione reicienda, ut locutio metaphorica, & figurata, facile refellitur, quia per talem figuratam locutionem denotatur omnimoda dependentia formæ materialis à materia in suo esse, fieri, & conservari, ac omnimoda inseparabilitas ab ipsa, unde cum Scot. quædit & Scotistæ talem agnoscant dependentiam in cæteris formis à materia, jam in illo dogmate, & declaratione conveniunt cum Thomistis, sive in loquendo eadem phrasæ utantur, sive non, hoc enim parum refert. Et falsum est in scientiis, ac disputationibus metaphoricis, ut interdum non licere, ut docet Cartarius in Phisic. controv. 1. super tex. 69. & controv. 3. super tex. 81. ubi ait Arist. materiam apparere formam, sicut æmina mare, & turpe pulchrum, quæ abque dubio est metaphorica, & figurata locutio, nec aliquid mirum esse debere inquit, si Arist. interdum usus sit metaphoricis in rebus ipsis explicandis, sicut in præsentibus, dum explicat materiam primam, quæ pariter lib. 3. de anim. dum docet naturam intellectus nostri, eoque in explicatione rerum difficillimæ cognitionis illis uti est conveniens, quia metaphorice locutiones ad analogiam redduntur, ut ait Arist. 1. lib. Rethoric. & eo vel maxime tunc licet uti metaphora, cum talis cognitio per metaphoram non transcendit terminos proprios artis, sicque hæc cognitio materiæ primæ, ac intellectus nostri, quæ quidem est sit per metaphoras,

ras, seu per analogiam explicata, tales tamen declarationes non excedunt terminos phisicos, ita Cartari. ibid. Imo Ferchius ipse hæc ipsa doctrina aliquando est usus lib. 1. Defens. c. 8. n. 61. pag. 65. cum enim diceret, Contra tenus formas ab æterno consopitas manere in formatum formatum, ibique latere quatenus per dispositiones ab agente naturali existentibus ad perfectam existentiam, ac operationem, notique disp. 5. de Gener. qu. 6. argueremur ex tali metaphora seminarius illud potius dici debere cubile formatum, in quo formæ potest jacere per totam æternitatem, & ab agente naturali evocatur, & existenter in tempore &c. Ferchius ibi inquit hæc metaphoram non esse irridendam, quia licet interdum rem aliquam occultam metaphoricis, & exemplis declarare, & nil verare, quin seminarius formatum à Contra. postum possit dici cubile, in quo loquitur sint ab æterno, & in tempore ab agente naturali existentibus formatum ut quasi vigiliam, & quasi operationem exerceat conaturaliter, si ergo in scientiis licet interdum metaphoris uti, & de factis ipse Contra tenus permittit metaphoram de fopore formatum ab æterno in materia, ac eam vigiliam, & excitationem in tempore ut legitimum, cum ambo nobis vetitum erit uti metaphoricis immaterialibus, & alligatis ad materiam ad declarationem materiam litatem formatum? Quis non videt majorem habere cum formis materialibus proportionem vocabulum immerfionis, & alligatis ad materiam, quam vocabula foporis, & vigiliæ, quæ sunt animatorum propria, & tamen Ferchius hæc metaphoram approbat, illam reprobat à scientia.

Deinde cap. 110. lib. 3. ubi num. 42. de hæc metaphora nos reprehendit, statim num. 43. ad declarandam materiæ primæ imperfectiorem appellatur ab eo, *sex substantiarum*, quæ hæc locutionem est naturalis, & propria, sed metaphorica, & figurata, quia *sex* proprie significat crassiores partem liquorum in fundo vasibus subsistentem, cur igitur metaphoricis utitur in illo eodem loco, ubi nobis illas vetat? Sed quid plura? Hæc eadem metaphoras, quas hæc ait disputatione reiciendas, *immerfio*, & *alligata materiam*, ab ipso non semel adhibuit, nam vestig. 1. cap. 9. num. 62. ab initio appellatur ab ipso scientia naturalis *alligata materiam*, & vestig. 6. lib. 1. p. 26. col. 1. supra num. 16. appellatur Phisicus, *alligata materiam*; & ergo ipse licet hæc ipsas adhibere metaphoras, ac in eodem ferè proposito, cur amabo non licebit nobis non in videri quod sit rationaliter hic Ferchius responditur, nisi forte dicitur multa licere tibi, quæ non juveni; Denique quod forma materialis sit abstracta immerfio materiæ non est phrasæ, quam viderimus apud Aquinatem, sed apud Alenem 7. Met. tex. 8. in fine, & 12. Met. 14.

257. Sexta demum, ultimæque solutio, vel inflantia, quod malè distinximus animam rationalem ab aliis formis per independentiam à materiæ, & subsistentiam, & contra Scotum animam appellaverimus subsistentem, cum id resolute negat quod 9. aut nulla est, aut planè calumniosa, quia nec doctor ibi absolute negat animam esse subsistentem, neque non absolute id affirmamus, ut tribuit nobis Ferchius disp. 5. de gen. qu. 2. art. 2. ibi namque bis dixit animam rationalem esse formam subsistentem, sentent. no. 65. & iterum num. 68. nec unquam id absolute affirmamus, sed cum limitatione, nam subsistentia simpliciter, & absolute dicta dubio procul soli convenit composito, & supposito, ut ait doctor quod 9. A. sed in primo loco diximus eam formam subsistentem comparatione aliarum formarum inferiorum, quæ in suo esse, & fieri profus à materia dependent, ac proinde dicuntur formæ suapte naturæ materiæ inhærentes, & quia anima rationalis non ita dependet, rite appellatur à nobis, & ab aliis formis subsistentibus in hoc sensu quatenus excludit inhærentiam, ac dependentiam à materia communem aliis: profero verba nostra sub lit. no. 65. *Secus est de anima, esto deservet in corpore, quia est forma per se subsistentem, tunc sicut in ejusdem opinione est solus in corpore, non ab illo dicitur educi, vel generari, quia non sit dependenter ab eo, sed solum cum eo, ratione sua subsistentem, & independentem, ita &c.* ubi patet per subsistentiam aliud non sit intelligere, quam independentiam ejus à materia, quam omnes animæ intellectivæ concedere tenentur; Rursus sub lit. no. 68. dicimus animam rationalem ab aliis materialibus formis per hoc discriminari, quia *ob sui immaterialitatem independenter à materia sit, & conservari aut, unde etiam dum corpus informat, suo modo subsistit*, quibus verbis iterum cum limitatione, suo modo, dicimus animam subsistere in corpore, quatenus in suo esse, & conservari ab ipso non dependet; quam tamen limitationem fraudulenter Ferchius immutavit, ut videremus absolute tribuere subsistentiam animæ in corpore, ubi enim nos scribimus disp. 5. cit. qu. 2. art. 2. num. 68. col. 2. linea 15. *unde etiam, dum corpus informat, suo modo subsistit*, ipse lib. 3. cap. 7. nu. 44. pag. 300. ita nostra verba refert, & rescribit, *unde etiam, dum corpus informat, in suo esse subsistit*, & rescribit particulam limitativam à nobis positam, *suo modo*, & posuit absolutam, *in suo esse*, ita candidus est in referendis nostris dictis, qui ubique nos appellat falsitates suorum, immerito tamen, quia abbreviavimus quidem verba sua dicta, & arguenda, quia non putabamus singula sua verba singula continere mysteriorum, nunquam tamen fallavimus, vel transmutavimus, ita ut sententiam omnino pervertant, neque unquam professi sumus singula ejus verba, ac integram referre textum, ut ipse circa nostrum proficitur, unde referendo nostra dicta, & verba mutando, quibus mysterium subest, ut est illa particula *suo modo*, fallator voluntarie, & studiose omnino deprehenditur.

258. Quod autem in sensu explicato juxta mentem doctoris pos-

sit anima rationalis dici forma subsistentis, ut nempe subsistentia excludit inhærentiam, & dependentiam formæ à materia in suo esse, clarè docuit doctor eodem quod 9. unde oppositum ipse deducere intendit, etenim sub lit. B. ait, quod anima potest dici ens per se, nedum secundo modo, sed etiam primo modo (nempe ex tribus modis per se essendi, quos immediatè antea præmiserat sub lit. A.) quia potest à materia separari, & per se existere posteriori jure, quam accidens, & quælibet alia substantiali forma, quæ potest solitarie existere, non tantum per virtutem causæ extrinsecus, sicut potest accidens, vel forma materialis, sed virtute suæ naturæ sibi relicte, & hoc quia non necessario pendet à materia in suo esse, sicut cæteras formas, quem modum subsistentis vocat infra lit. L. subsistere improprie, solum supposito tribui solet; Quod totum jam declaravimus disp. 2. Phyl. q. 2. art. 2. quam doctrinam nedum diximus esse Scoti quod 9. sed etiam Scotiorum, & præsertim Bassoli 2. d. 12. qu. 1. art. 3. ad 3. ubi optimè declarat, quo sensu materiæ, & anima possint dici subsistere, quamvis enim (ait) dici nequeant subsistere accipiendo vocem *subsistere*, pro esse completo (supposito), dicit tamen possunt subsistere, quia possunt suapte natura præsertim anima rationalis per se solitarie existere, & hæc quidem naturaliter; Quamvis autem ex illis tribus modis quibus aliquid dici solet ens per se, à Scoto assignatis sub lit. A. solum ens per se tertio modo dicat esse proprie subsistentem, non idè hoc dixit, quia præstatum modum subsistenti animæ rationali, & materiæ, quatenus dicit independentiam à subjecto, nolit admittere, ut verum, & rationale, quia ut notavi disp. 2. citat. Phyl. talem modum subsistenti non tantum sub nomine per se essendi quod 9. A. sed etiam subsistenti appellat subsistentem ob independentiam à subjecto, etiam communiacabiliter per se esse. Sed ut dicit, non ostendit propriam, & rigorosum modum subsistentiæ esse illum tertium pro incommunicabiliter per se esse.

Imò in hoc eodem cap. 5. nu. 27. pag. 183. ipsam animam rationalem cum D. August. appellat formam subsistentem ad differentiationem aliarum his verbis *scilicet animarum rationalium in corpore servatar in esse simpliciter, propter quod à S. August. sive Genadio de Ecclesiasticis dogmatibus appellatur forma subsistentis quod idem est, ac forma subsistentis, & rursus animam rationalem subsistere docuit idem Aug. lib. de cognitione veræ vitæ cap. 5. ubi ita dicitur anima est spiritualis substantia, omne enim, quod alio vult subministrat, ipsum esse necesse, ut subsistat, sed anima vult am corporis spiritum, spiritus autem vult subsistere, sed anima vult am corporis spiritum, spiritus autem vult subsistere; quod ergo anima rationalis sit forma subsistentis adifferentiam aliarum, quæ sunt omnino in suo esse à materia dependentes, non est sola phrasæ Thomistica, sed etiam D. August. Scoti, atque ipsius Ferchii, qui ut sæpius dixi fecum pugnare non curat, dummodo nos impugnet; vide Tatar. de anim. q. 1. notab. 1. eodem modo differunt de anime subsistenti, etiam S. Bon. vocat animam formam subsistentem, quia est à corpore independentem in esse 2. d. 17. art. 1. q. 2. & 3. in resolutione quæstii, & d. 18. art. 1. q. 2. ad 1. prin.*

Objectiones Ferchii diluuntur.

259. In oppositum Primò obicit Ferch. lib. 3. cap. 2. n. 1. pag. 269. quod sit contra Scotum dicere animam rationalem esse subsistentem, Scotus enim in 4. d. 43. qu. 1. §. de primo refert opinionem Aquinatis 4. d. 44. qu. 1. dicens, quod aliorum animalium forma non est per se subsistentem ut possit compositi solutionem manere valeat, sicut est de anima rationali. Idem fundamentum, quod anima sit per se subsistentem, refert Scotus quod 9. art. 3. in 2. ratione contra seipsum, & respondit, Quamvis ipsa notatur ratio fundamentalis pro conclusione illa, quod anima intellectiva est subsistentem, tamen conclusio non videtur vera loquendo proprie de subsistente eo modo, quo prius dictum est, quod ens per se tertio modo debi accipiendo, dicitur subsistentem, sed nec anima intellectiva unita est per se subsistentem, id est solitarie, quod accidens in altari dicitur per se ens. Deinde tribus modis ex quod 9. A. dicitur ens per se; primo non cum alio, si accidens separatum à subjecto est ens per se, secundum non inhærensia, & aptitudine, si omnis forma substantialis est ens per se; tertio non per se ordinabile ad aliud, sicut suppositum est ens per se, & istud solum proprie dicitur subsistentem, per se subsistentem primo modo non competit animæ unitæ cum corpore, ut Scotus dicit, & quod hæc sententiam separata nihil plus habere, quam accidens separatum, secundum modum omnium subsistentium est subsistentem, & hoc modo anima intellectiva nihil plus habet, quam cæteras formæ sicut ergo abstrudè diceremus accidens separatum per se subsistere, vel quamlibet formam substantialem per se subsistere, sic absurdè hoc dicitur de anima rationali in duobus istis sensibus. Tertio modo impossibile est, ut anima intellectiva sit per se subsistentem, quia est per se communicabilis, ut forma materiæ, & est nata esse per se pars totius compositi.

Præterea Scotus quod 9. ad L. scribit anima intellectiva non dicitur subsistentem, nisi improprie, & secundum quid, licet dicitur ens, & per se ens primo modo accipiendum esse, scilicet quoad esse existentem. Amplius Scotus quod 4. M. quod subsistere esse æquivoce cum, uno modo accipitur propter se esse prout excludit inhære, & in alio esse, ut pars in toto &c. alio modo subsistere esse incommunicabiliter per se esse, si loquitur

mur de anima unita corpori, non est subsistens primo modo, quia est per se pars in toto, non secundum, quia intra, & extra totum est per se communicabilis, non est igitur doctrina Scoti, quod anima rationalis sit subsistens. Sed est fundamentum Thomistarum, sicut & doctrina de educatione propter dependentiam, & inhærentiam formæ à Thomistis transcripserunt.

160 Resp. ad 1. Doctores in eisdem verbis ex ipso relatris aperire declarare, quo sensu anima rationalis nequeat dici subsistens loquendo nimirum de subsistentia proprie dicta, quo pacto solus conuenit composito, & supposito, non negat tamen dici posse subsistentem, quatenus potest esse per se solitarie, non tantum per virtutem causæ extrinsecæ, sicut potest accidens, vel forma materialis, sed virtute naturæ suæ sibi relicte, & hoc quia non necessario dependet à materia in suo esse proprio, imò his ipsis verbis affirmat hoc modo dici posse subsistentem, & ens per se primo modo sub lit. B. quem subsistentem modum vocat inferius lit. L. subsistentiam secundum quid, ac impropriam ad differentiam subsistentiæ rigorosè sumptæ, quæ solus conuenit supposito. Ad 2. fati declaratur Doctores lit. B. quomodo anima unita, sed præsertim etiam separata dicatur potius iure per se ens, siue subsistens primo modo, scilicet solitarie existens vel existeret potens, quam accidens separatum, quia hoc habet anima ex natura sua quod possit separari, & separata existere, non verbò accidens, unde patet falsum esse, quod ait Ferchius quoad illum primum modum per se essendi vel subsistenti animam separatam nil plus habere, quam accidens separatum, nam anima separata ita per se existit suapte natura, sed accidens virtute tantum agentis extrinseci suppletis vices subiecti, & idè potius iure anima separata potest dici per se subsistere, quam accidens separatam, quia anima separata ita existit virtute propria, non verbò accidens separatam. Ad 3. locus ille quod L. facit pro nobis, nam fatetur Doctores posse in aliquo sensu subsistentiam tribui animæ intellectivæ, quoniam non potest tribui cæteris formis materialibus à materia inseparabilibus. Ad locum denique ex quod 4. M. primo concedi potest necesse animam unitam, nec separatam conuenire subsistentiam in illa duplici acceptione ibi memorata, sed, in ea acceptione, quam explicat Doctores quod 9. B. quatenus scilicet dum est conjuncta materie, non ita dependet ab ea, quin possit separari, & quando est separata dicitur per se subsistere, idest solitarie existere, & licet non sit suppositum, quia est incommunicabilis, tamen habet modum suppositi, ut notat Doctores d. 12. q. 1. ad 2. & d. 12. q. 3. ad 2. & in hoc tantum sensu quoque animam diximus esse formam subsistentem. Deinde dici potest subsistere primo modo acceptum duo habere membra, sumitur enim prout excludit inhærere, vel in alio esse, ut pars in toto, quatenus ergo anima unita subsistens dici nequeat, ut subsistere excludit in alio esse, ut pars in toto, adhuc tamen dici potest subsistere, ut excludit inhærere, idest dependere à materia in esse, fieri, & conservari, quo sensu formæ omnes materiales dicuntur inhærere materie. Est tamen anima separata potest dici subsistens primo modo, quia in tali actu excludit inhærere, & in alio esse ad modum partis, quia adu non constituit totum, sed per se existit.

161 Secundo obicit Ferchius lib. 3. cap. 7. num. 4. pag. 299. probans animam rationalem esse formam materialem, & per materiam in qua, & per materiam ex qua per S. Bonav. 2. d. 17. quod 2. & Scotum quod 16. in lib. de anima; & ait quod titulus ille immaterialitatis datus animæ non est Scoti, sed Aquinatis, nam Scotus tale facit argumentum contra Aquinatem quod 9. si in se ipso quod similitudine potest concludi per operationem, & virtutem per potentiam, quod anima in se ipsa sit immaterialis, & tamen conclusio est falsa, hoc est, quod non sit perfectio materia, licet secundum aliquos non sit de immateriali, hoc est non composita ex materia, & forma, anima ergo intellectiva est materialis, quia perfectio materiae, & quia ex materia secundum Scotum, licet secundum aliquos existat in materia hoc secundo modo. Respondet ibi Doctores Subtilis, pro Aquinate, sed illum responsum duplici argumento reprobat, & relinquunt inflantiam, tanquam bene probantem. Hoc idem ibi probat in margine ex Scoto 4. dist. 1. q. 1. Gg. ubi sub nomine formæ materialis comprehendit etiam animam rationalem.

Respond. Doctorem seipsum declarare, quo sensu dicat falsum esse, quod anima intellectiva sit immaterialis, ita scilicet quod non possit esse perfectio materiae, & in hoc sensu neque nos affirmamus esse animam formam materialem, sicut est Angelus, sed dicimus esse immaterialem in sensu, quem Doctores ipse magis declarat lit. H. quia quamvis informet materiam, ab ea tamen non dependet in essendo, ut cætera formæ inferiores, sed ab ea separari potest, & separata conservari; totam itaque vim illius quartæ rationis, & quomodo ex operatione immateriali possit aliquid nature concludi immaterialitas declarat lit. H. illis verbis, ex hoc ergo medio, scilicet operatione potest concludi ipsius nature talis immaterialitas, hoc est, à materia in essendo separabilis, non autem illa immaterialitas utriusque, quæ est impossibilitas informandi materiam, ex quibus verbis patet, Doctorem concedere animam esse immaterialem in eo sensu, qui passim intenditur, quia non dependet à materia, & est ab ea separabilis, & eam negat esse immaterialem, ut immaterialis dici impossibilitatem informandi materiam, quo sensu nemo asserit animam esse formam materialem, nisi qui cum Averroë faciunt eam formam assistentem; hic tamen modus loquendi, quod nempe forma materialis vocetur, quæ potest esse perfectio materiae, non est admodum usitatus, nam iuxta communem loquendi modum forma materialis appellatur, quæ à materia dependen-

det in suo esse, fieri, & conservari, ut ipse quoque Doctores declarat 4. dist. 1. q. 1. H. unde rite dicebat Pererius supradictum num. 152. apud Philosophos aliquid esse aliquid esse formam materialem, aliud verbò esse formam materialem, non tamen ex quo, tellicivam bene dici formam materialem, in tamen ex quo, formam materialem. Quamvis autem quoad materiam per se, probabiliter taverit D. Bonavent. animam esse compositam, ac etiam Scot. quod 15. de anim. inclinaverit, at tamen in lib. Sententiarum ubi maiorem facit auditoratem oppositum docuit pluribus in locis, sed præsertim 2. dist. 16. q. 1. in q. ult. opinio, lit. F. imò & in illo ipso quod 9. lit. H. ubi ait non includere materiam partem, addit autem corporealem, ut abstraheret ab illa questione, an saltem habeat materiam spirituale. Quod tandem Ferchius ad marginem adiecit Doctorem 4. dist. 1. q. 1. Gg. sub nomine formæ materialis animam quoque intellectivam comprehendere constat prolixius falsum esse ex dictis ipsis Scoti ibidem supra relato nu. 151. quoniam potius Doctores ibi formam materialem ab anima intellectiva discriminat sub lit. KK. & ipse S. Bonavent. 2. dist. 18. art. 2. quod 1. in resolutione quæstionis, quamvis animam componat ex materia, & forma, vocat nihilominus formam immaterialem, quia à corpore independentem.

162 Tertio lib. 1. cap. 7. num. 53. pag. 55. probat Ferchius animam non bene distingui à cæteris formis, quod alia sint educæ de potentia materie, ipsa verbò minima, nam potius res & contra se habet, quod ipsa sola est educa de potentia materie, quod probat tali discursu, quoniam distinctio vocum educi, & induci fundatur super illum textum, & 2. de Gen. anim. cap. 3. formæ possunt comparari vel ad efficiens ex quo vel ad materiam in qua; formæ quæ ab agente extrinsecio in materia veniunt educi, hoc est ab extrinseci dicantur, talis est sola mens; anime alia, quæ non veniunt ab extrinsecio sed intrinsecio agente, non dicantur educi, quia non veniunt ab extrinsecio; formæ omnes in ordine ad materiam in ea sunt, & sunt, unde omnes quod fieri in materia induci dicantur, quando scilicet totam sit, quando totam destruitur, sola mens educitur de materia, & potentia materie, quoniam extra materiam educitur, est enim separabilis, alia forma vero inseparabilis, unde non possunt esse sine toto, sed cum toto in se esse intererant, sunt quippe ex 13. Met. sum. 1. et 2. prioris ratione, non substantia, unde enula alia forma educitur de potentia materie, nisi intellectiva.

Respond. hoc argumentum plus esse imperatorium, quam probatorium, propositiones siquidem profertur in modo imperativo, sed non probatur, nec mirum, quia Ferchius ipse ultro fatetur se in hoc discursu voluntarie loqui, & ad placitum suum, unde quia cæteri Philosophi, ac Theologi nolunt eius imperio subiacere, totam ejus, quatenus est, discursum ex integro negant, & præsertim propositionem illam adeo male fontem nulla alia forma educitur de materia, nisi intellectiva, quam salvare nequit Ferchius nisi terminos perturbando, & lumendo contrario modo, quoniam sciunt alii, & cum magna improprietate, nam ut notat Canonicus 2. Physic. quod 1. art. 7. educi est ab esse intraduci, & non ab extrinsecio, & in hoc significato etiam Sæter. Scriptura utitur hoc vocabulo 2. Efdre q. 13. anam de petra eduxit, & sic etiam habet communis loquendi modus; non ergo formæ, quæ agente extrinsecio in materia veniunt, dici debent educi, hoc est, ab extrinseci, sed proprie loquendo dici debent induci, idest aliquid produci in materia; Est adhuc minus proprie, quando homo destruitur, anima dicitur educi de materia, quia educio formæ apud Philosophos pertinet ad generationem totius, non ad corruptionem, & magna constans esse eodem educationis ut vocabulo in hominis generatione, ac ejusdem corruptione, adeo ut mens dicatur educi, & cum gignitur homo quatenus ab extrinseci dicitur iuxta primam explanationem in generatione, & quatenus extrinseci dicitur in corruptione iuxta secundam, imò hæc duo significata educationis anime in generatione, & interitu totius sui propriis repugnant videntur, quoniam in generatione animam educi idem est, quod ab extrinseci in corpus, in corruptione verbò hominis animam educi est ab intra duci ad extra, idest à corpore extra corpus, quæ omnia constant esse propriis voluntariè dicta, & abique ullo profus fundamentis; animam rationalem nec esse formam materialem, nec educationem de potentia materie probat Tromb. quæ de immortal. anim. art. 1. conel.

Quarto quia disp. 5. cit. de Gen. quod 2. art. 2. num. 65. admittimus gratiam non creati, sed potius educi de potentia anime juxta dicta disp. 3. Physic. quod 5. art. 2. de formis supernaturalibus in universum, Ferch. 1. 3. defens. cap. 2. multis Scoti auctoritatibus manibus nos auditoris ostendens de mente Doctores gratiam, cætera que dogma supernaturalia verè, & proprie creati, & anihilati, sed præsertim vim facit in quadam Scoti auctoritate 3. dist. 11. quod 1. ubi ait, Angelum, animam, & gratiam proprie creati, quia de nihilo producantur à primo efficiente, unde tandem concludit nos esse transgressus à Shola Scot. ad Scholam Cajet. & Suar.

163 Respond. nos loc. cit. disp. 3. Physic. quæ sit. 5. art. 2. omnes ferè illas auctoritates adduxisse, & præsertim illam, quam censet magis urgentem 3. dist. 11. quæ sit. 1. atque idè nitro ibi concessisse Scotum magis inclinasse ad locutum esse, non ab aliquam rationem creatur, addidimusque ad locutum esse, non ab aliquam rationem urgentem, quam nunquam addaxit, nec recederet à communi modo loquendi Scripturarum, & PP. qui dicunt gratiam in nobis à Deo creati, vel concreati, quæ etiam auctoritates diximus explicari posse de creatione in sensu morali, ut nempe, è gratia creati dicatur.

ARTICULUS I.

An omnis forma physica sit corruptibilis.

165 Mnem formam physicam, siue subsistentiam sit, five accidentalem, sola anima rationali excepta, sicut generalis est, ac verè incipit in materia, ita quoque esse corruptibilem, ac in materia desinere jam disp. 5. de gener. quod 2. determinatum est, ac ipsa quoque experientia docet in omnibus transmurationibus tam substantialibus, quam accidentalibus, quæ quotidie contingunt. Neque obstat, quod asseri solet ex Arist. 1. Physic. & 7. Met. sed. 2. hæc inflantia magis consistit in verbis, & modo loquendi, quam in re, etenim forma revera antea non erat, & postea est, ergo facta est; & post corruptionem compositi non amplius est loquendo de formis materialibus, & antea erat, ergo verè definit esse; & quando Arist. loc. cit. dixit heri esse compositum, non formarum plane non loquitur de fieri quocumque modo sumpto, sed certo quodam, & peculiari modo, qui soli composito convenit, ut passim omnes Metaphysici explicant 7. Metaph. quod 11. illa, an solum compositum per se generetur.

Ferchius tamen vestig. 6. lib. 1. cap. 2. probavit quibusdam rationibus in Arist. textu fundatis omnem formam substantialem, prout ab accidentali distinguitur, esse separabilem à materia, sempiternam, atque incorruptibilem, disputativè tamen potius, quam assertivè, & quia insolutas eas reliquit (quæ de causa ignis, fortè ad exercitium aliorum) ut ejus monitum observare videretur vel 4. num. 46. æquum non esse, quæ contra veritatem pugnant, insoluta dimittere, nisi in iudicio de veritate prævaricari, eas diluimus loc. cit. de gener. & corrupt. & quando res gratam ei fecisset arbitrabamur ejus præcepto obtemperando, ecce quod totus in furorem versus lib. 3. Defens. conclamat, & pressè itas rationes non fuisse à nobis solutas, & ad hæc in suo robore remanere, sic enim loquitur lib. illo 3. pag. 271. nit. 14. Quia tamen impugnantibus est omnibus repugnandum, asserimus illam universalem; omni forma substantialem separabilem, esse falsam, sed vos non esse sufficientes vestris rationibus ad probandum, quod illa fit falsa, neque esse sufficientes vestris responsionibus ad defendendum, quod illa non sit vera, sic enim est à me munita, ut vos jaletare possitis, sed finiam asserere illius conclusionis non possitis; ita Ferchius solito supercilio? & sic integrum tertium illum librum consumit in defensione illius propositionis, quam fatetur esse falsam, atque idè totum librum impendit in defensione falsitatis, quod an Philosophum deceat veritatis investigatorem alieno iudicio relinquimus.

166 Cæterum, quam bene dixit loc. cit. vestig. 4. num. 46. æquum non esse, quæ contra veritatem pugnant, insoluta dimittere, ait in iudicio de veritate prævaricari; tam male dixit postea lib. 3. Defens. pag. 271. nit. 14. impugnantibus esse omnino repugnandum, etiam quando pro veritate pugnant, nam ultro fatetur ibi nos impugnantem propositionem falsam, & veritatem propugnare; hoc, inquam, male dicitur, nam pugnantem pro veritate utriusque disputanti nota cedendum est, non repugnandum, aut contradicendum, quod enim ad disputandum ingenium Philosophum compellit, & excitat, est veritatis inveniendæ desiderium, non æmulatio, jactantia, & contendendi libido, unde ex allegatis verbis illius Auctoris palam colligitur motum esse ad illam defensionem, non ex veritatis inquisitione hæderio, sed ex mera æmulatio, ac contentione asti, ac mera indignatione, quod ejus rationes, tanquam proprio Marte inventas solvere tenta verbi: cum tamen argumenta illa, quibus cum propositionem falsibilivè, sint communissima, & ex criticis Arist. textibus collecta, sicut & solutorem textum nobis Auctor ille, quod dicamus argumenta illa esse communia illis verbis, quæ habet lib. 3. Defens. pag. 263. num. 4. intelligi intentionem nostram, quæ scilicet, utrum apud alium aliquem illas rationes invenire possitis, ut ostendatis, illas non esse peregrinas; non patuisse hæc vice, etiam falsas, sed cum divinis lumine illustrantes non, inquam, ita lucebant, quia talem inquisitionem plane non fecimus, imò libenter esse ex quo pæni ibi admittimus; quia tamen nunc ejus verbi color ad hæc inquisitionem faciendam, ostendamus esse argumenta communissima uno vel altero excepto, quod in falsa fundatur textum Arist. expositione ex proprio capite data, duplacet tamen quod ait, has rationes fuisse proprias labore partis, sed cum divino lumine illustrante, nam scilicet ibi fatetur, & præsertim paulo infra pag. 271. nit. 14. propositionem illam omni forma substantialem esse separabilem, ad ejus probationem eas induxit, esse falsam; si ergo falsa est, pudeat eum dicere rationes illas falsum probantes fuisse proprio labore partis divino lumine illustrante, quia Deus, qui est summa veritas, ad mendaciam non illustrat, nec ad comprobationem falsi concurrit.

Quoniam verò queritur hæc Auctor has suas rationes non fuisse à nobis fideliter relatas, & verba omisit nec cessaria ad vim argumenti constitutendam; hic magis ad verbum illas referam, & cum particulis magis prægnantibus ut ipse cepit, ut inde pateat adhuc ex illis majus robur argumenta illa non fumere, nec re vera permissum.

QUESTIO V.

De formarum definitione, vel interitu.

167 Circa formarum originem, & inceptionem tota questione præcedenti veritati sumus tam substantialium, quam accidentalium, quæ sumpta occasione occurritur objectis à Ferchio contra nostram sententiam in 2. dist. 11. q. 1. Defens. ut tueretur vel suam factionem ex nihilo, vel factionem ex seminario formarum cum Contareno, nunc de earundem formarum definitione, & interitu agendum est, ut hæc occasione ad alia possimus occurrere, quæ obicit lib. 3. & 4. quod quidem majori, quæ potero, brevitate, duobus articulis prælabo.